

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi  
Maioris Apvd Heripolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...  
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri  
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem  
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;  
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Iohannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd  
Heripolin Abbatis, viri suo æuo doctissimi Secvndæ Partis Chronica  
Insignia Dvo - I. Coenobii Hirsavgiensis, Diœcesis Spirensis: eius  
fundationem & progressum ab Anno Christi DCCCXXX. vsque ad Annum  
MCCCLXX. II. Coenobii ...

**Trithemius, Johannes**

**Francofurti, 1601**

LXXIII. Ioan. Trithe. Abbas Span. Conrado Abbatii S. Stephani Salutem.

**urn:nbn:de:0128-1-17336**

Trithemius

Opera  
Historia

IOANNES TRITHEMIUS ABBAS SPANHEMENSIS,  
optimo fratri Rogerio Sycambo  
salutem.

VENERANT me Budorim quarta die mensis huius, Ioannes in Schotteren, Conradus S. Stephani in Herbipoli, & Georgius in Suarizach, monasteriorum nostri ordinis Abbates, missi à capitulo annali Moguntiæ pridem celebrato, haec summatic habentes in mandatis, ut suis mihi periuaderent sermonibus ad monasterium redire. Duos etiam alios patres per capitulum ordinatos dicebant, qui Duce nomine totius unionis accederent Bursfeldensis, cumque mihi efficerent placatum. His ego auditis respondi, nō esse opus propter me deputatos accedere Duce, quoniam illius reconciliationem & gratiam nec quaro nec opto. Absit à me vt illius deinceps dominio subiçiar, apud quem mendacium valet plurimum, veritas nihil potest. Nimirum temeratam iniuriam passus, à Duce quam à tribus è conuentu meo, non reuertar amplius ad eos, sed resignabo abbatiā quamprimum rebus meis aliquantulum prouidero. Accepto missi responso, cum certarent sententia fixum, non amplius molestarunt, sed rescriperunt abbatibus à capitulo deputatis, nulla fatigacione ad Duce esse opus, quia omnino penes me statuisse non amplius redire ad Spanheim. Deus mihi prouidebit ubi maneam, & cum pace maiore quam in Spanheim vixerim in unquam. Quorsum vero me intendam conferre si velis scire, nescio quid respondeam. Tres me principes magni expectant, led non placet mihi curias se qui principum. Tres quoq; ordinis quem sum professus abbes potenterores vt ad eos veniam rogant. Sed ne fabulam putem, nomina dabo singulorum. Maximilianus Rex serenissimus Romanorum plures (vt nosti) me sollicitari fecit, vt suo me cōferam servitio. Matchionem Brandenburgensem non opus est vt citem in medium, cum scias quanti me faciat. Philippus quoq; Bavariae Dux, & Comes Palatinus Rheni, clementissimus princeps, me prouidere quo ad vitam copiose pollicitus est, vel penes Abbatem Lympurgensem, vel in suo principatu, ubique voluero. Postremo iam mihi abbas S. Stephani memoratus dixit, abbatiam diuī Iacobi apostoli maioris in suburbio Herbipolensi propediem vacaturam per resignationem præsentis abbatis, quam si assumere velim, se operam daturum, ut res quantotius fortuatur effectum. Assensi consilio malens in paupertate vivere sub institutione monastica, quam diues in curijs principum conuersari. His ita conclusis missi ad me à capitulo patres octaua die mensis Septembris ad sua reuerenti discesserunt. At ego responsum saepe dicti abbatis exspecto utrum videlicet ita placeat reuerendissimo patri Episcopo Herbipolensi, quo tādem accepto te facturus sum de omnibus certiorem. Vale ex Budori 12. die mensis Septembris Anno Domini 1506.

CONRADVS ABBAS S. STEPHANI HERBIPOLENSIS  
Ioanni Trithemio abbati Span. S.

REVERENDE pater, iuxta recessum mutuae conclusionis nouissime in cœnobio monialium Noui castri \* prope Heidelbergam factæ, mox vt perueni ad propria. D. Reuerendissimum Herbipolensem episcopum accessi, & inter alia colloquia monasterium S. Iacobi concernentia vestra paternitatis mentionem feci, assensore possibile, si suæ paternitati reuerendissima placaret, quod vestra paternitas eidem præficeretur cœnobo. Quod audiens summe dicebat sibi placere, pollicebaturque quod velit vestram paternitatem gracieſe fouere, manuque fideliter præbere adiutrices, mihi quoque vi hac quantotius vestra paternitati significarem iniuinxit. Vestra nunc igitur paternitas non sit in mora, quam ipse reuerendissimus dominus noster in omnibus graueriter ferre confueuit. Reliqua mutuae reseruo collocutioni, quam altissimus prosperam & iucundam facere dignetur. Data Herbipoli in die exaltationis Sanctæ crucis Anno Christianorum M.D.VI.

IOAN. TRITHE. ABBAS SPAN. CONRADO ABBATI S.  
Stephani Salutem.

\* Neuburg. LITERA tuas pater reverande sextadecima die mensis huius Septembris apud Budobry Heydelburg.

ensis huius, Ioannes in Schottach, Casius in Suuartzach, monasteriorum nobis pridem celebrato, haec summam monibus ad monasterium redit. Duxebant, qui Ducem nomine totius regionis placatum. His ego auditis responsum habem, quoniam illius reconciliatus est deinceps dominio subiiciat, aquam. Nimiris temeratam iniuriam pulchritudinam amplius ad eos, sed resignabam dabo. Accepero missi responsum, clementia omnino penes me statuimus non vbi maneam, & cum pace major quam me intendam conferre si velis. Ite expectant, sed non placer militare curia & confessus abbates potentiores ut ad urbem singulorum. Maximiliani & Clemens fecit, ut suo me conferam servio. Item in medium, cum scias quanti nichil alatinus Rheni, clementissimus prius est, vel penes Abbatem Lymingtonem, remo iam mihi abbas S. Stephani monachus in suburbio Herbigolensi propinquus, quoniam si assumere velim, le operam consensi consilio malens in pauperate vestre principum conuerteri. His in conclusione Septembri ad sua reverentia differendum videlicet ita placeat reverendissimo te facturus sum de omnibus tuis.

Domini 1506.

HANI HERBIPOLENSIS  
abatis Span. S.  
conclusionis nouissime in coenobio natae, mox ut perueni ad proprium Bascilli, & inter alia colloquia monachorum actionem feci, assentens fore possibiliter ut a paternitas eidem preferetur causa. Cebariturque quod velit vestram parentes & adiutrices, mihi quoque vi hoc quastra nunc igitur paternitas non sit in omnibus grauer ferre confundit, datus prosperam & iucundam facere datur. crucis Anno Christianorum M.D.VI.

N. CONRADUS ABBATIS.  
die mensis huius Septembri apud Bascillam relectis mentem reverendissimi preciosi

## IOANNIS TRITHEMII

499

simul & tuas paternitatis intellexi. Habeo tibi gratias ingentes pro tua in me charitate, a gamque libenter vberiores vñquam si potero. Nam eti principum fauore atque pietate mihi satis posset esse prouisum, quia tamen homo sum claustral, & studio scripturarum dectus, malo in paupere latere coenobio, quam inter aulicos habeti clarissimus. Imitabor illum innocentiae virum qui dixit: *Elegi abiecius esse in domo domini, magis quam habitare in tabernaculo peccatorum.* Veniam itaque circa finem Septembri, interea quadam hic & Neometi expeditus negocia mea, quibus peractis sine mora vobiscum adesse curabo. Et hanc voluntatem meam pontifici reuerendissimo Herbigolensi manifestam facere non 10 piceat precor. Quod si aliqua interuenierit occasio qua in fine Septembri adesse nequicuero, non illico de aduentu meo desperandum putas, quia certo venturus vitam Deo cum sanitate prolongante tua te expectatione non frustrabor. Interea feliciter vale nostri memor in orationibus tuis ad Deum. Iterum vale. Ex Budori 17. die Septembri. Anno Christianorum M.D.VI.

## LXXXIII.

IOANNES TRITEMIVS ABBAS SPANHEM. ROGERIO  
Sycambro Salutem.

20 **Q** uod tibi fueram pollicitus Rogerii amantissime ultimis ad te literis meis, nunc his quidem breuissimis quam libens facio. Literas Conradi abbatis S. Stephani 16. die mensis huius apud Budoras accepi, quibus reuerendissimum praesulem Herbigolensem Laurentium rebus meis benefaentem significavit: mihi quoque abbatiam S. Iacobi quondam Scotorum, non solum voluntarie verum & quam hilariter offerentem, quam vt suscipiam, quantotius mandauit properandum. Sum itaque hic Neometris paucis quidem diebus moraturus, ad quarundam rerum mearum expeditionem, quibus ordinatis iter versus Herbigolim dirigemus. Verum priusquam his finibus excedamus, te videre & ailoqui optamus. Sed quoniam venire ad te propter doremis incarnationis sauitiam ( qui non natura sed imitatione portius diabolus quam homo dicendus est ) sicuti nosti, minime possumus. Tu ad nos vt venias, te etiam atque etiam hortamur, petimus & rogamus. Multa enim mente versamus tecum disputanda, quæ literis mandare non possumus. Scriptissimus autem & priori tuo, rogantes, vt sua tibi auctoritate veniendi potestatem indulget. Libellum tuum de vario literarum usu tecum adferas: sunt enim quædam in eo scripta, si recte memini, quibus subtilior lima fuerit necessaria, in his maxime quæ linguam respiciunt Græcam, in cuius perceptione satis nec dum profecisti. Adero quātum mihi licuerit, ne hoc ipsum tuum opusculum ex tua officina in emendatum vadat in publicum. Moras rumpe, quoniam ultra quatriuum istuc non manebimus. Vale ex ciuitate Neometensi 30, die Septembri Anno Christianorum M.D.VI.

40

## LXXV.

IOAN. TRIT. AB. SPAN. RICHMODI DE HORST,  
abbatis in Sebach, Salutem.

**D** ECIMVS & octauus hodie mensis volvitur, vt nosti charissima in Christo filia, quod à nostro peregrinamur coenobio amulorum temeritate commoti. Vnde post multa consilia & maturam deliberationem statuentes amplius ad Spanheim nequaquam revertendum, opera precium fuerit aliquando prouidisse vbi tandem maneamus. Offeratur nobis Abbatia quædam in suburbio ciuitatis Herbigolensi sita, quam bene nouimus, paupercula quidem & modica, sed quieta multum atque tranquilla, nostroque satis vti speramus conueniens proposito, quam duximus persuasi amicorum consilio non spernendam. Opime nouit charitas tua quantis laboribus per annos iam tres & viginti continuos in Spanheim fuerimus affliti, non solum in regime monasterii proprii, sed multo amplius pro totius ordinis utilitate communis. At nunc posteaquam ingratitudinem fratrum erga nos manifeste sumus experti, manere cum eis diutius non credimus tutum, quoniam nec illi nobis vñquam deinceps erunt fideles, nec eis confidere amplius veraciter poterimus à quibus tam enormiter sumus decepti. Nobis autem sic pauidē conuerstantib. quis non intelligat quantū animarū sequeretur periculū, dum neq; pastor se ouib.

Tt 4

credere,